

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput V

urn:nbn:de:bsz:31-97032

C A P U T V.
D E B I S O N T E E T
B O N A S O.

Bison animal est majus bobus , gibbosum , latissima fronte (duo enim vel tres inter cornua confidere possunt) & crispa villis moschum redolentibus ; Caro ei æstate pinguisima , at fœtore allii , quo viciatur , viciatur . Robur ingens . Nam & equum & fessorem cornibus ventilat . Sanguinem habet , plus quam purpurei coloris , caliditatis tantæ , ut & ferrum venabili in omnes partes reddat tractabile , & intensissimis etiam frigoribus intra duas putrefcat horas . In Sylva Caledonia humanum adeo horrent consortium ; ut attrahatos ab homine frutices , aliquor diebus aversentur , & arte capti , moriantur mero . Cambd. in Scotia . Genus bisontis Ponasum facit *Gesnerus* , de quo scribitur , quod ferventissimum , insequente venatore , rejiciat stercus . Id vero , ut accidat animilibus , cursus facit . Calefunt eo intestina , fatus ob calorem excitantur , quibus inclusis , violenta per angustiam fit erupcio , locorum præsertim ex motu si compressio accidat ; quin & metum exprimere sepiæ atramentum in exemplo . Philippus Rex Macedonum ad pedem Oribeli montis unum jaculo confudit , cornua sedecim palmarum Herculis religioni data .

C A P U T VI.
D E C A M E L O .

Camelus multiplicem habet ventrem , vel quia magni est corporis , vel quia spinosa edit & lignea , providit supremus ut concoqueret . Turbida suavis illi est , nec fluviale gustat pede nisi turbatam ; Afri ci inedia quinquaginta dierum perpessa , ferotino tempore non attingunt pabulum ; sed exoneratos